

In nomine domini
Martinus Bimus

Librarius argentinensis. vna cū sue officine & naculis lectori sequenti salutē.

Testimoniū multiplex patet tibi ex sequentibus quod iste liber de laudibus beatissime marie virginis per nos diligenter sit correctus. fideliterque emendatus.

Primo namque a principio libri usque ad eius finem per nos in nostra officina examinata sunt singula & b. & p. & f. & sunt omnes clausule. Et multe mēde sparsim hinc inde inuēte dei adiutorio finem humane possibilitatis industriam sunt emendate. non tamen adinuentione propria (nam si nobis fuisset incautus) sed ex collatione plurium exemplarum. quod non piguit diligenter adinuicem conferre. Et quod emendatio ra & meliora exemplaria secuti sumus.

Secundo hanc impressionem huius libri per numeros capitulorum & titulorum distinximus.

Tercio ante initia capitulorum & titulorum superscriptores posuimus.

Quarto in postillatōe auctoritatum biblie (quod multe in libro poppime exponunt) & b. & t. & c. & signis angularibus a glossis segregauimus. ne legentes iudicet textum esse glossam. vel glossam esse textum. Que segregatio in exemplaribus scriptis designata ē per lineas rubeas infra & b. & t. & c. & textualia subductas. Et si libuerit. etiam in libro impresso. infra & b. & t. & c. cū pena pertrahant lineole rubeę de vno signo angulari ad aliud.

Quinto remissiones (quod multe sunt valde) quibus de vno libro partiali ad alium librum parti alē. siue de vno titulo ad alium titulum auctor remittit legentē. & siue sine quatuor numerali positas. in suis locis fere omnes diligenter quatuor sumus. et numerum tā libri quā tituli eis apposuius.

Sexto auctores biblie. quibus hic liber ē repletus. quasi omnes in biblia quatuor sumus. & quatuor dem numeralē capitulorum ex quibus sunt recepte. rectificauimus.

Et non offēdat aliquē si huiusmodi auctoritates sub alijs & b. & t. & c. in sua biblia ponatur. quia sepe aut ex alia translatione. aut ex correctione biblia sunt sumptę. Ipa enim biblia sepius ē translata de greco in latinum. Tūc Aug. d. doctrina christiana li. ij. sic dicit. Qui enim scripturas ex hebreā lingua in grecā & iterum in linguā nūcerari possunt. latini autem interpretes nullo modo. Ut enim cuius

primis fidei temporibus in manus venit codex grecus. et aliquantulum facultatē sibi in eo vtriusque lingue habere videbat. ausus ē interpretari. Dec. aug. Ipa etiam biblia per multa curricula annorum sepius ē transcripta. et vicio scriptorum variata. De cuius variatione vide wilhelmum de marea ordinis minorum in libro correctionum biblie. Vide etiam de his correctoribus biblie parisienses.

Septimo nota maximorum theologorum & abbatum quod dicta in presenti libro allegata in marginibus lateralibus collocauimus. quod non solum licet aliquando in scripture columna nequeque ponatur. ipsa tamen in emendatione quodam exemplari sic scripta inuenimus.

Octauo plures etiam breuissimas notulas in eodem exemplari repressas lectorē dirigentes in lateralibus marginibus assignauimus.

Nono in superioribus marginibus materia et numerum cuiuslibet partialis libri magnis litteris insinuauimus. ut lector reuoluendo libri folia statim inueniat quod querit.

Decimo in lateralibus marginibus litteras alphabeti ad quod tabula a nobis edita remittit. impressimus.

Undecimo in marginibus inferioribus numerum foliorum figurauimus.

Attēde quod quod ubi in marginibus ponitur aliquod diuisum. ab eo cū pena rubeas lineolas trahere ad singula membra diuidentia. a capitulis linearum columnę incipientia. aut quod initia huiusmodi lineole sunt incepte. non tamen usque ad ipsum diuisum pertracte. Quod etiam a capitulis linearum columnę lineole quod sunt incepte et non diu pertracte. ubi tamen nullum diuisum in margine ponitur. Das lineolas inceptas cū pena intincta minio vel rubrica ulterius pertrahere sursum vel deorsum. finem quod incuruant sursum vel deorsum. & eas in vno puncto in margine coniunge. Si autem huiusmodi lineole incepte omnes incuruant sursum. tunc eas omnes trahere sursum. Si omnes incuruantur deorsum. tunc eas omnes trahere deorsum. et eas in aliquo vno puncto in margine coniunge. Sic enim habet exemplaria scripta.